

**Synopsis introductionis in medicinam universam ejusque historiam
literariam / in usum praelectionum academicarum delineavit Henricus
Fridericus Delius.**

Contributors

Delius, Heinrich Friedrich von, 1720-1791.

Publication/Creation

Erlangae : Apud Wolfgangum Waltherum, 1779.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/yd6zw87g>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

11.
12

SYNOPSIS
INTRODVCTIONIS
IN
MEDICINAM
VNIVERSAM
EIVSQVE
HISTORIAM LITERARIAM

IN VSVM
PRAELECTIONVM ACADEMICARVM
DELINEAVIT
HENRICVS FRIDERICVS DELIVS



ERLANGAE
APVD WOLFGANGVM WALTHERVM
M DCC LXXIX.

C. PLIN. CAECIL. SECUND.

Epist. Lib. II. Ep. V.

Sunt enim quaedam adolescentium auribus dand
praesertim si materia non refragetur: — Atque ha
ego sic accipi volo, non tanquam adsecutum me es
credam, sed tanquam adsequi laboraverim. —



*T*riginta jam anni effluxere, ex quo his primis lineis, pro temporum, et rerum, ratione, aliquatenus productis, in initianda juventute medica usus sum multoties. Interea saepiuscule, facile pereuntes, detritae sunt chartulae, nec vacat, eas iterum transcribere, vel auditoribus perpetuo exhibere describendas, quorum commoda jam magis curantur, si, modo faciliori, nunc habent filum, cujus ope, audita, meditando, reproducant, memoriae succurrant, et ad audienda se praeparent. Habet autem inde quoque docens academicus quoddam filum, e quo telam ulterius texere, et quo in recitationibus uti, possit. Consuevere enim plures academici doctores, quisque pro pensis sui, et sui juris, indole, similes philyras emittebant, in quibus non ipsam scientiam tradant, sed ea tantum exhibeant, in quae publice commendentur. — Quamvis autem in hisce pagellis plene nova, vel inaudita, solum expectari nequeant, si ipsas res, de quibus agitur, saltem perpendere volupe fuerit; non tamen abs me, vel ipsa re, alienum esse putavi, in propria, et auditorum, commoda, haec typis mandare: et facile



lectores judicabunt, non solum haec praelegi, sed esse
 haec tantum notabiliorum summa capita, vel titulos
 e schedis, quibus utimur, ut ampliori sermone tot
 tantasque, res, et quae iis adsociare vel necesse
 vel opus, vel pulchrum est, coram exponamus
 imo ad quorum ductum ipsos scientiarum fontes
 aperiamus. Fas itaque esse non putavimus, spissis
 interdum volumina, vel prostantia compendia
 quorum autoribus, cuique suos honos, suum me-
 ritum, tribuitur, augere praeter necessitatem
 dummodo, paucis his pagellis, illo, quod inter-
 est, et quod rerum situs requirit, possit fieri sa-
 tis, illis saltem, qui initiandi sunt, donec ge-
 nerosis animis, et jatrophilis, in ulteriora de-
 scendere licet, vel lubet, dum dies diem docere
 solet. Ego vero, ut et haec opella suis, qui curae
 fuerunt, usibus, prouti eos dudum jam comperiri
 datum fuit, sic porro, non destituatur, vehemen-
 ter exopto. Dabam Erlangae, in Friderico
 Alexandrina d. XXVI. Iun. MDCCLXXIX.






I.
SYNOPSIS INTRODUCTIONIS
IN
MEDICINAM VNIVERSAM.

De Medicina, ut habitu effectivo, et ut scientia. —

De medicina naturali, populari, et artificiali, ideali, scholastica, et genuina. —

Medicus quis? — verus — et putativus?

Subiectum medici, et obiectum: finis, et officium. Potestas, et necessitas, difficultas, Iucunditas, Scientiae. —




Partes medicinae principales, et ministrae.

Medicus rationalis consideret *hominem* :

I. ut *sanum*, secundum *PHYSIOLOGIAM*,
 et quatenus homo est *corpus a. mixtum*,
b. structum, *c. vivum*: hinc rimatur *naturam*
eius physicam, mechanicam, s. organi-
*cam, animale*m: hinc *vires* varias, et *fun-*
ctiones, vitales, naturales, animales. No-
 tio *φυσικῆ* s. naturae, et sanitatis. — *Physio-*
logicae cognitioni opitulatur: *Physica gene-*
ralis, seu *philosophia naturalis, chemia,*
mechanica, hydraulica, anatomia, metaphy-
sica. — De *rebus*, medicae consideratio-
 nis, ut *naturalibus, non naturalibus, et*
praeternaturalibus.

II. ut *aegrotum*, secundum *PATHOLOGIAM*.
 Notio *morbi, et symptomatis*: — De *nose-*
logia, symptomatologia, et aetiologia, pa-
thologica. — De *semitica* pathologica, si-
 gnisque *diagnosticis, pathognomicis, anamne-*
sticis, et prognosticis. De *classificatione* mor-
 borum, varia, et *affinitatibus*.

III. ut *sanandum*, secundum *THERAPIAM*.
 Haec



α. generalis, aperit fontes sanationis, secundum *indicantia*, *indicationes*, et *indicata*.

Indicata involvunt cognitionem *historicam*, et *philosophicam*, *materiae medicae*, secundum *regna naturae*: et supponunt scientiam *mineralogiae*, *botanices*, *zoologiae*, et *chemiae*. — De *systematibus*, et *characteribus*, in *corporum naturalium ordinatione*.


Methodus medendi, *diaetetica*, *pharmaceutica*, et *chirurgica*. Doctrina de *formulis*, et de *Dispensatoriis*. — De *medicina domestica*.

β. Specialis, applicat generalia, et cuncta dicta, pro re nata, et scopo salutari, ad utilitatem *publicam*, et ad *individua*.

De *praxi clinica*, *consultatoria*, et *forensi*, s. *legali*, ut et *politica*.

De *institutionibus*, et *manuductionibus*, *medicis*, in *academiis*, et in *vita communi*, eaque varia, et in *nosodochiis*, vel et *coram* *individuis*, et in *officinis*. — Praecepta — exempla.

De *medico discente*, et *docente*, *scholae*, et *vitae*. — De *genio*, *ingenio*, et *judicio*, *moribus*,



bus, medici. — De arte longa, et brevi reddenda: de *curſu academico*, et *ordine, methodo*que, studiorum, pro varia ratione individuorum.


De *εργω* medico, et *παρεργωις*, medicis. — De Medicina, et medico, *elegantiori*. —

De *oeconomia* studiosi medici *academica*, *ratione temporis*, et *impensarum*. — De *praevisione* contingentium, et futurorum, et *provisione* circa ea.

De *Terminologia* medica, et *Lexicis*, quoad *nomenclaturam*, et *realia*. — De *literis humanioribus*, antiquis, et modernis. De *propaedeuticis*. — De *ſelectu librorum*.

De *oblectationibus studiosorum medicorum*: de studio *philosophiae* in genere, *historiae univſalis*, et *literariae*, *geographiae*, *historiae naturalis*, *artium mechanicarum*, *aſtronomiae*, *zootomiae*, *horticulturae*, *delineationum*, et *picturae*, *muſices*, *bellarum*, ſic dictarum, *artium*, *antiquitatum*: et *cultura partium medicinae miniſtrarum*: cum primis *ſtudio cordis humani!*

De *ſocietatibus* frequentandis. — De *itineribus*, et *peregrinationibus*, *medici*, vario ſcopo, cum *pruden-*



prudencia, et decentia, instituendis. — De *commercio* literario. — De *collectionibus* variis. — De discretione circa *nova*, vera, apparentia, utilia, periculosa, vel forte indifferentia, aut aequivoca. — De *sectatoribus*, — *enthusiasmo*, *palinodia*, *constantia*.

De modis perveniendi, ad *fortunas* varias, in vario stadio, loco, tempore.

De medico *naturae ministro*, et *hominum* interdum *servo* ! interdum *domino* ?

De *negotiis* variis medici, in *varia praxi*, vel *sphaera* activitatis, et in *varia fortuna*, constituti. — De medico *ad hominem*. — De *charlataneria*, *machiavellismo*, et *paedantismo*. — De *aestimatione* studiorum varia, a variis.

De *ostentatione*, et vere bonarum actionum *conscientia*.





II.

SYNOPSIS INTRODVCTIONIS

IN

HISTORIAM MEDICINAE

LITERARIAM VNIVERSALEM.


De *Historia*, et *Chronologia*, in genere, eaque
varia, ejusque necessitate, et jucunditate.

De Vniversali, et Speciali.

De *fide* historica, — de *praesumptione*, *illusione*.

De *rebus*, *nominibus*, et *personis*: interdum
anecdotis.

De *genio*, et *negotiis*, *gentium*, et *individuo-
rum*: et *periodis* variis.



De *philosophia historiae*, et *historia pragmatica*.

De *epochis* doctrinarum, systematum, et actorum.

De *Synchronismo historico*, eventibus, et mutationibus, et revolutionibus, in *mundo naturali*, politico, et civili, religioso, philosophico, imaginario, et discreto: ejusque ad medicinam *relatione*.

De *literatura*, et *literatoribus*, in genere.

De *historia medica*, et *medicinae*, utrarumque differentia, in genere.

I. MYTHOLOGICA, ET TRANS-
SVMTA.

De *APOLLINE* medicinae inventore. *Apollo*
σωτηρ.


De *AESCVLAPIO*, et *HYGEA*.

De *HERCVLE* *αλεξικακω*.

De *MERCVRIO*, *S. HERMETE*, *VVLCA-
NO*, *MINERVA*, *BACCHO*, *Circe*, *Me-
dea*, aliisque — Conf. *Palaephatus*, *Nata-
lis Comes*, alii.

Dii largitores sanitatis, et *remediorum*. — *Nu-
mina benefica*. —

Serpen'



Serpentes, venena, morbi. — Domitores venenorum. — Herbae — antidota. — *Sol* beneficus.

Sacerdotes, Deorum cultores, medici. — Tempia. —

Reges, et principes, benefici, medici.

Medici, et in genus humanum benefici, in Deorum numerum relati.

II. VEROSIMILIA.

Rerum initium? et orbis mutationes! —

Hominis status naturalis. — Morbi. — Instinctus quaerendi remedia. — Notiones sui ipsius. —

Observatio evenientium, in macrocosmo: et influxus externorum in corpus proprium. — Desiderium cessationis sensationum ingratarum.

Necessitas usus corporum naturalium. — Observatio proficuum, et nocentium.

Observationes captae in animalibus. — Experimentia. — Analogia.

Casus fortuiti, morbofi. — Laesiones externae. — Repertiones medicaminum, *casu*.

Obfer-



Observationes genii morborum, sibi relictorum, diversi exitus. — Regimen, et *diaeta*. — Observationes sequelarum, post adhibita.

Vita socialis, variaeque ejus sequelae.

Traditiones. — Meditationes. — Opiniones.

Medicina naturalis, simplicissima.

III. HISTORICA.

I. *Periodus antiqua.*

Medicina nusquam non fuit. — Comparatio ejus, quae olim fuit, et nunc est, variae, inter *populos, feros* dictos, seu *incultos*, et quoque inter plebem, variam.

Gentes antiquissimae — in Oriente. — De Chaldaeis, *Assyriis. Persis. Aegyptiis. Ebraeis. Graecis.* — De *Pberecyde?*


Numinis cultus. — *Sacerdotes.* — Extispicia animalium libatorum. — Balsamationes cadaverum.

Expositio aegrotorum in vias publicas, et templa. — Tabulae votivae. —

De *Mose. Levitis. Prophetis.* —

De bello Trojano. — De medicis chirurgis: *Machaon. Podalirius.*

Specu-



Speculationes, et meditationes, *philosophorum.*
Thales. Pythagoras. Socrates. Democri-
tus. Plato. Epicurus. Homerus. Confu-
tius. vel.

Medicina *sapientiae* pars habebatur.

De Magis. Brachmanibus. —

De Druidis, et forte Skaldis, aliisque di-
 vinae, humanaeque, scientiae, tum, anti-
 stitibus, vel pro talibus, ubique terra-
 rum, habitis. — De *feminis med.*

De scholis *Philosophorum*, Rhodia, Cnidia, Cy-
 renaica, Coa, aliis. — De *Chemicis.*

Familiae medicorum. — *Asclepius.* —

Democedes Crotoniata, *Polycratis* Samii, et
Darii Reg. Persar. medicus.

HIPPOCRATES, Cous, s. Magnus. A. M.
 circa 3520. Ejus vita, et merita. — Di-
 scretio circa scripta. — Plures *Hippocra-*
tes. — Coi nostri Discipuli. — De *exe-*
gesi medica. —

De Medicina *dogmatica* Hippocratica. —

Empirica, autoribus *Philino* Coo, et *Sera-*
pione. —

Methodica, autoribus *Themisone* Laodic. *Thes-*
salo Tralliano, et *Asclepiade* Prusienfi.



Pneumatica, autore *Athenaeo* Tharsensi.

De *Eclecticis*. — Archigenes Syrus.

De *Hefticis*, et *Episyntheticis*. — Leonidas Alexandrinus.

De Sectis, diversis temporibus ortis.

ARISTOTELES, praeceptor ALEXANDRI
M. A. M. 3560. 3600.

Philippus, Aristotelis discipulus, Macedo,
Alexandri medicus.

Alexander, conditor urbis Alexandriae, Ae-
gypti. 3611.

Diocles Carystius, anatomiae Aesclepiadarum
scriptor.


P TOLOMAEI, Alexandri successores, musei,
et scholae, vel *academiae*, *Alexandrinae*,
uti pluribus eruditis, sic tot medicis, et
inde quoque honores adeptis, clarae, con-
ditores. 3628. 3660.

Fata scholae Alexandrinae. —

Herophilus anatomicus. — De Iatrosophistis. —

THEOPHRASTVS *Evesius*, Aristotelis suc-
cessor. 3700.

ERASISTRATVS *Ceus*, *Seleuci* Nicanoris,
Syriae regis, et filii *Antiochi*, medicus.



IESVS SIRACH, philosophus, et medicus,
Iudaeus.

MITHRIDATES, Ponti rex. 3900.

ARCHAGATHVS, Peloponesus, vulnerarius,
medicus Romae. 3800.

ASCLEPIADES, Romanus. — De Medicina
Romana. — De *Catone Censore*. — De au-
guribus. — Averruncis — Februatione. —

ANTONIVS MVSA, Imperatoris AVGVSTI
medicus. — De jatraliptis. 3920. 3950.

De *servis* olim medicis, — et postea Medi-
cis Romanis.

II. *Periodus post Christum natum.*

17085. — Servator. — De Apostolis sananti-
bus. — De morbis biblicis. —

Secul. I. AVRELIVS CORNELIVS CEL-
SVS, polyhistor.

SCRIBONIVS LARGVS. — ANDRO-
MACHVS, Archiater *Neronis*,

DIOSCORIDES Anarzabaeus Cilix. —
THESSALVS Trallianus.

SYMMACHVS, Anatom. —

Chronologia diversa, secundum seculorum
initia, atque fines! ? —

Secul. II. ARETAEVS Cappadox? —
SORANVS Ephesius. —

CLAVDIVS GALENVS, Pergamenus.
(Impp. Antonini.)

ANTIPHANES Delius.

Secul. III. CAELIVS AVRELIANVS, Afer.

COSMAS et DAMIANVS, Cilices, Mar-
tyres. (Persecutiones Christianorum.
De medicis sanctis.)

SERENVS Sammonicus, Poëta. (Gothi.
Vandali.)

(Rescriptum Diocletiani, de immunitate
medicorum).

Secul. IV. ORIBASIVS Pergamenus. (Con-
stantinus M. — Iulianus.)

IAMBLICHVS Chemicus, Chalced.

(Constitut. Impp. de immunitat. med.
et de Prof. et Med. Et Valent. et
Valentiniani. Impp. Rescr. de eligend.
Archiatr.)



Secul. V. AETIVS Amidenus. Ejus *tetrabiblon*, e quo postea *Cornari* Medicina e veteribus contracta.

SYNESIVS Chemicus? —

(Honor. et Theodos. Imp. de privil. med. et Archiatr.) Turbae Gothorum et Vandal.

Secul. VI. STEPHANVS Trallianus, pater, tum filius ALEXANDER Trallianus, tempore Iustiniani Imp.

PROCOPIVS Caesareensis, historicus, et medicus. — (Coenobia.) — Medici Alexandrini. —

Secul. VII. PAVLVS Aegineta. (Obstetricius.)


THEOPHILVS Protospatharius, Iatrophista.

STEPHANVS Atheniensis, antiquiorum scriptorum Graecorum ultimus. (De *oculariis*.) (Mohammed.)

GEBER Arabs.

Secul. VIII. (Gentium migrationes. Longobardi. Exarchatus. Saraceni.) Combusta bibliotheca Alexandrina. Schola Antiochena. Arabes.

Schola



Schola Salernitana, a CAROLO M. instituta? — Academia Parisiensis, aliaque. — De Clericis Medicis. —

WINTARVS Germanus.

Secul. IX. Medici Iudaei. Arabos. MESVE
Damasc.

SERAPION. HAMECH.

Acad. Oxoniens. Cantabrig.

WALAFRIDVS STRABO, Abbas.

Secul. X. ABVBEKER RHAZES. (De *variolis*.)

Acad. Seviliens. a Princ. Arab. s. Saracen. instituta.

Hippiatrica collecta, jussu Constantini Porphyrogen. — De medic. *veterinar.* —


Monachi. — Arabes.

(Hunni in Germania.)

Secul. XI. EBEN SINA, s. Avicenna. — Haly Abas.

ARTEPHIVS Chemicus?

CONSTANTINVS Africanus Salernum venit. —



ALBERICVS Anglus. — HUGO Phys.
Gall.

(Peregrinationes, et expedit. bellicae, in
Iudaeam.)

Secul. XII. R. MOSES BEN MAIMON. —
AVEN ZOAR. — AVERROES.

Academ. Monspeliensis.

(Monachis medicina interdicta, in Concil.
Rhemenf. — Medicis matrimonium
concessum.) —

(Moniales — et monachi, med.)

Io. a MEDIOLANO autor carminis *Scho-
lae Salernitanae.* — TROTVLA fe-
mina?


Secul. XIII. Academiae plures erectae. — Fa-
cultates medicae?

Separatio chirurgiae a medicina in concil.
Lateran. 1215.

Io. AEGIDIUS monachus. Carm. de pul-
fibus.

ACTVARIVS. — Nicolaus Papa. —
ALBERTVS Magnus, Episcop. Ratisb.

Michael Scotus. — *Thomas Aquinas.*



RAIMVNDVS LVLLIVS. — ROGER.
BACO.

Henr. de FRANKENSTEIN, physicus.

Secul. XIV. Academiae porro erectae, in Ger-
mania praecipue.

GVIDO *de* CAVLIACO. — (Chirurgi
fac. med. Paris. submissi.)

(De Manuscriptis medicis).

PETRVS de Aichspalt. Archiepisc. Mo-
gunt.

PAVLVS de Nurenberg. Prof. Viennens.

Secul. XV. Inventio artis typographicae. 1440.


DVRETVS. — *Simon Ianuensis.* —
Matth. Sylvaticus.

ALEXANDER *Benedictus.* — *Cuspinia-*
nus. —

BARTHOL. MONTAGNANA, Prof. Bo-
non. — De Italis. —

BASILIVS VALENTINVS. — *Magnus*
Hundt.

IOANNES *de Baireuth.* — *Herm. SCHE-*
DEL. Io. WEINMANN. Med. Onold.



Plures : Lusitani. Hispani. Galli. Angli.
Germani. *vel.*

Huc usque *Medicina Hippocratico - Aristoteli-
lico - Galenica.*

*Secul. XVI. Medicina Chemica. — Discretus
circa eam sensus.*

THEOPHRASTVS PARACELSVS. 1528.

HELMONTIVS. — — CORNELIVS
AGRIPPA.

GVINTERIVS Andernacensis. — FER-
NELIVS.

VESALIVS. — FRACASTORIVS. —
CORNARVS.

Conradus GESNERVS.

Secul. XVII. TACHENIVS. — SYLVIVS —


SENNERTVS. (Major cultura physices,
chemiae, anatomiae, mechanicae, hi-
storiae naturalis, botanicae.)

(Philosophia, et Medicina, CARTE-
SIANA.)

FLVDD. WIRDIG. DOLAEVS.

BARTHOLINI. PROSPER ALPINVS.

WILH.



WILH. HARVAEVVS. 1628. Circulatio
sanguinis.

SANCTORIVS. — SYDENHAM. —
BECCHERVS. —

(Institutae academiae scientiarum: Pari-
sienfis, Londinensis, Naturae Curio-
sorum, matres nunc plurium.)

Secul. XVIII. Medicina mechanica, et organica.

Philosophia Leibnitio - Wolfiana.

Medicina Iatro mathematica.


Irritabilitas. —

Nova Empiria. — Classificat. rer. — vel.

Veritas dicendorum, cum epicrisi, per pri-
mum seculi dimidium, deinde per de-
cennia, et quinquennia quoque, acto-
rum.

*Incrementa medicinae dogmaticae, theoreti-
cae, et practicae, et partium utrarum-
que ministrarum, et earum, per suas
species: vera, putativa, aequivoca. —
Ea suis locis, et dum traduntur partes,
specialius indicantur. — De inventis
novis, renatis, et nov. antiquis.*

Seculum, praeter alios, illustrarunt: HOF-
MANNVS, STAHLIVS, BOER-
HAAVIVS, WEDELII, MORGAN-
GNVS, SWIETENIVS, HALLE-
RVS,



RVS, LINNAEVS, *vel.* — Vi-
ventes Medicos, Professores, Docto-
res, ubique terrarum, enumeret, et
dijudicet, cum actis, posteritas.

Haec haftenus.

Fontes, et rivuli, historiae literariae medicinae
universalis, ut antiquiores, de quibus
supra, nunc taceamus: CONRINGIVS,
FREIND, LINDENIVS, LIPENIVS,
SCHVLZIVS, STOLLIVS, KEST-
NERVS, HALLERVS, MATTHIAE,
MOEHCEN. — alii.

De biographis, bibliographis, lexicographis.

De controversiis medicis, et conciliatoribus.

*De inventoribus, reformatoribus, criticis, scepti-
cis, micrologis. —*

*De systematicis. — De veritatibus medicis, et
opinionibus. — De periodis rerum. —*

*De diariis eruditorum, variis, et actorum re-
censionibus.*

*De Collectionibus pluribus operum, dissertatio-
num, observationum.*

*De compilationibus, nudis, et cum discretó judi-
cio factis. — De resultatis. e. q. f. r.*

T A N T V M.